

ILLUSTRISSIMI VIRI
PETRIDE MARCA
ARCHIEPISCOPI PARISIENSIS
DISSERTATIONUM
DE CONCORDIA
SACERDOTII ET IMPERII
S E U
DE LIBERTATIBUS
ECCLESIAE GALLICANAE
LIBRI OCTO.

Editio tertia auctior, emendatior, & elegantior.



PARISIIS,

Apud PETRUM AUBOÛVN Philippi V. Regis Hispaniarum, necnon SS. Principum
Burgundiae & Bituricens. Bibliopolam & Typographum juxta majores
Augustinianos sub signo Crucis aureae.

MDCCIV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.





VIRO SUPERILLUSTRI
PETRO SEGUIERIO
GALLIARUM CANCELLARIO.



*PROVIDENTIA Dei factum
arbitror, ILLUSTRIS-
SIME DOMINE, ut edendorum
librorum de concordia sacerdotii
& imperii à viro pacis aman-
tissimo compositorum captum con-
siliium fuerit eodem ferme tempore
quo dissociata est concordia Summi Pontificis & Regis
Christianissimi, qua nuper interrupta fuit fato concor-
dia rarò sempiterna. Arduum enim est eodem loco po-
tentiam & concordiam esse. Quapropter bene cum re-
bus humanis agitur quoties mortalium aliquis ita com-*



STEPHANI BALUZII
TUTELENSIS
PRÆFATIO
AD LECTOREM.

PRÆCLARE Germanicus apud Tacitum in secundo annalium libro. *Non hoc præcipuum amicorum munus est, inquit, prosequi defunctum ignavo questu, sed quæ voluerit meminisse, quæ mandaverit exequi.* Desleo equidem illustrissimum virum ac sempiterna memoria dignum Petrum de Marca Archiepiscopum Parisiensem, optimum Mæcenatem & patronum meum; ac tamen et si lamenta & lacrymas fortasse aliquando deponam, nam hæcenus non deposuisse me verè dicere possum, dolorem tamen ac tristitiam ponere non velim, semperque meminero mandatorum ejus. Mandavit autem ille supremis sermonibus ut curam susceperem lucubrationum ejus, sive earum quæ jam editæ fuerant, sive etiam illarum quæ nondum prodierant in lucem. Sciebam destinasse illum nova editione donare dissertationes de concordia sacerdotii & imperii, si diutiùs in vita fuisset, illisque addere libros qui promissi ab eo in præfatione fuerant, pulchro sanè & utili consilio. Ea de causa, cum illo mortuo relegerem schedas ejus, putavi debere me ab illarum dissertationum editione incipere in exequendis mandatis ejus. Accessit deinde auctoritas illustrissimi viri Francisci Bosqueti Episcopi Mompeliensis, virtutum & literarum antistitis: qui pro veteri amicitia quæ illi cum Marca fuit, & pro eximia quadam in me propensione, me statim verbis amantissimis & honorificentissimis hortatus est ut quamprimum me accingerem ad novam earum editionem, ejus adornandæ consilium ab auctore non ita pridem captum fuisse noverat. Et ut vehementiùs me, licèt ad id sponte currentem & mandato Mæcenatis adstrictum, incitaret, additionem quandam postea misit quæ edita est in capite primo libri secundi, cujusque scribendæ occasionem deprehendere poteris, lector, in epistola quam vir illustrissimus ad me pro sua humanitate tum scripsit, quæ edita est inter elogia. Multi præterea amicorum me crebrò monuerunt ut libros istos editionis honore donarem, nihil posse me



V I T A
 ILLUSTRISSIMI VIRI
 PETRI DE MARCA
 ARCHIEPISCOPI
 P A R I S I E N S I S .
 S C R I P T O R E
 STEPHANO BALUZIO TUTELENSI.

INTER multiplices rerum humanarum casus, quibus hæc vita nostra obnoxia est, nihil nobis gravius accidere posse cecum est quam eorum qui nobis cari fuerunt exirus, quantumvis maturi & felices videri possint ob longam ætatem, gestos honores, genus, divitias, patriam incolumem, & cetera felicitum argumenta. Sed tamen superstitibus magni solari loco est suavissima magnorum virorum memoria, quæ & statim post eorum abitionem sacrosancta est, & in æternitate temporum vivet, posteritatem non reformidans. Cum verò ad omnes pertinere possit istud solari genus, tum præcipue eorum est qui cum familiaritate conjuncti fuissent cum magnis viris, eorum gesta moresque posteris tradere insistant. Mihi certe vitam illustrissimi ac celeberrimi viri & omnium seculorum memoria digni Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis ante hos quadraginta annos scribenti mira quædam suavitas & delectatio aderat, in recenti quamvis dolore, cum scirem per tot illustria facinora ab eo patrata & per memoriam ingentium ejus virtutum. Grande deinde mihi solarium accessit ex ea quæ hunc meum librum secuta est virorum clarissimorum approbatione; quorum etiam plerique mihi gratias egerunt, optare se interim significantes ut quæ delineata tantum erant in hoc opere, fasè in altera editione explicarentur. Quo loco exultandum mihi in primis esse video ob præclarum testimonium mihi redditum ab eo qui nuper Romanam Ecclesiam sanctissimè ac sapientissimè resit Clemente Papa IX. ad quem, tum Cardinalem Rospighiosum nuncupatum, cum libri istius mei exemplum misissem, ut ad virum quem Marca plurimi semper fecerat, ille pro sua singulari humanitate conatum illum meum approbavit, simulque hortatus est ut idem argumentum fusiore stylo pertractarem. Labet hæc integram hominis excellenti ingenio præditi & multa rerum ac bonarum literarum cognitione imbuti epistolam describere quam ad me tum scripsit.

PER ILLUSTRIS & abbasdem reverende Domine. Non dissimul illustrissimè viri Petri de Marca Parisiensis Archiepiscopi morem acerbum mihi & inhumilem fuisse, cum nefas esset tui dolere Præsulem religionis & doctrinae æquissimo, apostolice sedis observantissimum, & in magno auctoritatis gradu positum, abusuque Christiana reipublica tempore nobis creptum. Gaudes quare tum à dominatibus tua tam viris eloqui coloribus eorum depictum, & prope ab interitu vindicatum, dum sapientissimum Præsulis virum eximia elegantia tam assidue delineasti. Quod autem non notari humanitati mee de illius virtutibus testimonio tantum tribuere velueris, ingentes

ARMANDO-JOANNI
 EMINENTISSIMO
 CARDINALI
 DUCI
 DE RICHELIEU,
 FRANCIAE PARI.



*R*EM arduam aggredior, Eminentissime Cardinalis, sacerdotii
 & imperii Concordiam; quae ab aliquot seculis adeo vexata est
 partium studiis ut excitata ob violatos jurisdictionis ecclesia-
 sticae & regiae terminos controversiae in aperta quandoque bella
 eruperint, quae funestissimis dissidiis Ecclesiae corpus lacerarunt.
 Civilis quidem agitur hodie, ita tamen ut frequentes & pae-
 quotidiane in actu rerum positae occurrant contentiones, quae
 secundam varias causarum figuras, ob dignitatem laesam, vel imminutam au-
 thoritatem, accenduntur, & Christianae Republicae Principes inter se committunt.
 Enimvero quoniam non natura sed hominum vitio factum ut ambae illae potestates,
 quae amico fœdere conjungi debuerant, in dedecus Christiani nominis aliquando
 divellantur ab invicem, utriusque dignitatis in te uno facta consensus certissi-
 mum est argumentum posse Eminentiae tuae opera atque industria res ita componi
 ut quae dissidere videntur in eam concordiam mutuo conspirent quae à divino nu-
 mine utriusque potestatis auctore decreta est. Dignum sanè facinus summa illa
 virtute tua, qua id assecutus es ut orbis Christiani fata temperes ea auctoritate
 quam pietati erga se tuae Princeps gloriosissimus contulit. In ceteris quidem admini-
 strationis tuae mementis omnia supra fidem & ferè ad miraculum patrata sunt: seu
 quis provincias regni pacatas atque compositas, perduelles domitos, sanctitatem al-
 taribus restitutam inspicias, quam profana factiosorum scelera polluerant: seu quis
 recreatos socios atque fœderatos, prostratos hostes potentissimos, & adimplorandam
 pacem propemodum adactis contempletur. Quare in hac, quam arduam dixi, Sa-
 cerdotii & Imperii Concordia omnia supra votum cessura te auspice & auctore
 prohi omnes sibi pollicentur, vel eo praecipue nomine quòd ardua sint & ferè con-
 clamata. Ceterorum mortalium circumscripta virtus rerum mole subsidit, difficultati-
 bus frangitur: sed divinae menti tuae, quam merito prudentiae & fortitudinis veluti
 familiarem genium appellare licet, concessum est inexpectata perficere, ut seculum
 nostrum & posteris immortalibus beneficiis cumules. Tibi namque Deus optimus
 maximus, ut daret aliquod potentiae suae & bonitatis specimen, adimplenda reser-
 vavit quae denegavit ceteris, ut nos imbecillitatis humanae admoneret. Ego quidem,



DE CONCORDIA SACERDOTII ET IMPERII

Seu de libertatibus Ecclesiae Gallicanae

Dissertationum liber primus.

CAPUT PRIMUM.

Synopsis.

I. Ex editione voluminum De libertatibus Ecclesiae Gallicanae calumnia schismatis impulsa est Galia saepe quodam libello, & libertates communita effecta. Inde nata occasio harum dissertationum.

II. Resiliunt calumniae ex iis qua gesta sunt post eorum voluminum editionem: quae damnata sacri Consistorii decreto & Episcoporum sententia, libertatibus idest.

III. Quae libertates illas religioni expedit, vana schismatis praesidia, non recedunt. Frequentiores contentiones ob incusam jurisdictionem, una bella & schismata.

IV. Schisma Graecorum originem trahit ex usurpatione Diocesis. Leo Imperator ob imaginis damnationem excommunicatus Ilyrici Diocesis a Romana Ecclesia exclusam Constantinianam trahit.

V. Hadrianus I. hanc frustra repetit in septima Synodo. Minatur excommunicationem. Nicolai peritus excusis, & a Bulgarica Diocesi depulsus est.

VI. Ignatius, pulsus Photio, restitutus ipse Ha-

drioni I. I. Bulgariam sibi addici curavit in octava Synodo. Hadrianus minas excommunicationis intulit. Photius, post obitum Ignatii recepta suis, Joannis VIII. excommunicationem extorsit, ea lege, ut Bulgaria restitueretur. Joannis spe artibus Graecorum elaso, Photius illi anathemati antiquo reddidit. Inde schisma, quod auctum est per controversias dogmaticas.

VII. Dissidium Gregorii VII. & Henrici ob jura investiturarum & libertates Ecclesiae.

VIII. Ex eadem libertate lesa fuerit schisma Frederici I. Hadriani IV. & Alexandri III.

IX. Et discussio Frederici II. Gregoriciq. non. Schisma quoque Ludovici Bavari.

X. Galli pacem cum Ecclesia & jura sua recitauerunt: a dissidio quocumque non alieni, si jura sua non fuissent, ex Iure.

XI. Bonifacii VIII. & Philippi pulci dissidium ob jurisdictionem.

XII. Lausaco qui laborant in constituendis utriusque potestatis finibus ex motu possessione.

PRODIT nuper è tenebris inauspicatus libellus, quo famam sibi comparare sceleratissime conatur inanus scriptor, id precipue curans ut regni Gallici dignitate verbis atrocibus violata, hanc etiam nefandi schismatis labem inurat Ecclesiae Gallicanae, tanquam in eo sit ut propediem erumpente dissidio, novus Patriarcha velut caput institutum iam laeero corpori & truncato imponatur. Hujus facinorae calumniam vir clarissimus & nominis aequè ac eruditionis celebritate conspicuus Isaacius Habertus elegantissima &

fortissima oratione dispulit. Enimvero quia perfidus ille artifex imaginari schismatis, inter cetera deploratae causae argumenta, male conceptam opinionem veluti tubicine quodam fuleire videtur editione duorum voluminum quae sub libertatum Ecclesiae Gallicanae titulo prostant, eoque nomine in invidiam omnes regni ordines trahere nititur, ac si eo proposito publicarum esset illud opus ut sacrosanctae sedis apostolicae auctoritas veluti ludibrio quodam traduceretur, Episcoporum jura proligarentur, & his ar-

ILLUSTRISSIMI VIRI
PETRI DE MARCA
ARCHIEPISCOPI PARISIENSIS
DISSERTATIONUM
DE CONCORDIA
SACERDOTII ET IMPERII,
S E U
DE LIBERTATIBUS
ECCLESIAE GALLICANÆ,
TOMUS SECUNDUS.



PARISIIS

Apud Viduam FRANCISCI MUGUET Regis, Cleri Gallicani, & Eminentissimi
Cardinalis de Noailles Archiepiscopi Parisiensis Typographi,
via Citharæ, ad insigne Adorationis trium Regum.

M D C C V.
CUM PRIVILEGIO REGIS.



DE
CONCORDIA
 SACERDOTII ET IMPERII,
 SEU
DE LIBERTATIBUS
 ECCLESIAE GALLICANAE,

Dissertationum Liber quintus.

CAPUT PRIMUM

Synopsis.

I. Agendum hoc libro de Legatis à latere. In primis autem explicanda Legatorum species quae in iure Romano occurrunt.

II. Alii sunt Legati municipales. Alii provinciales, qui explicantur. De iis capienda lex Hos accusare §. de accusat.

III. Alii sunt Legati cum jurisdictione. Divisio provinciarum inter Principem & populum, ab Augusta. Praesules dicti qui provinciam populi praeficiebantur, nisi consulatum non gessissent. Explicata Justiniani Novella. Insignia Praesulium.

IV. Consulium Augusti in assumendo Praesulis nomine & imperio. Praesules Romam ingressi deponunt imperium, excepto Principe. Quare retinenda est lectio Spartiani, quae viri eruditi salicant. De praesulatu imperio datus extra urbem Marco Aurelio Casari.

V. Legati dabantur Praesulibus à senatu, ut eorum parte curarum levarent. Praesules mandabant

jurisdictionem Legatis in provincia: quatenus eis adire nec poterant, nec in eos jus gladii transferre. Custodias audiebant, sed non animadvertiebant.

VI. Dignitas Legatorum Praesularium, ex Spartiano. Fastus & vehiculum. Apparitio, magistratum gerere dant, dabant tutores, & vineam apud eos manumitti poterat. Convariam docet Paulus, scilicet apud eos manumitti non posse. Conciliatio inventae.

VII. Legati isti differunt ab Assessoribus, est aliter videatur eruditus. Assessores erant privati homines, qui iuris peritiam praestabant, & magistratibus assistebant. Elegam ea de re Josephi locus. Salaria illis constituta à publico. Singulis magistratibus unus Assessor datus cum salario, ne fiscus gravaretur. De hoc Assessoris seu Consularis intelligenda Justiniani Novella, non autem de Legatis Praesulibus.

VIII. Legati Caesaris praesidi provinciae Principis, qui passim dicti Consulares. Adnotata provinciae praesidi, Praesides: quatenus Praesidis nomen generale